



223
39
1642, 10

SELECTARUM JURIS QUÆ- STIONUM

*Ad faciliorem Paratitlorum Wesenbecii in-
tellectum directarum*

DISPUTATIO XI.

Ad lib. 3. Tit. 3. §§ priores:

DE PROCURATORIBVS

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi

Dn. JOHANNIS OTTONIS TABORIS,

J. U. D. ejusdemque in Florentissima inelytæ Reipubl. Ar-
gentoratenfis Universitate COD. & FEUD. PLACIT. P.P. Patroni,
Promotoris ac Præceptoris sui, omni observantiæ & Amo-
ris cultu prosequendi

à

GEORGIO Schwarzerde / Sebusiensi

In auditorio ICtorum

Mensis Januarij

Die & horis antemeridianis

PROPOSITA.



ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS ANDREÆ,

M. DC. XLII.



VIRIS

*Generosis, Pranobilibus, Strenuis Clarissimis,
Amplissimis, Consultissimis, Spectatissimis, Inte-
gerrimis, usu & experientia rerum
præstantissimis.*

Dn. WILHELMO à Reßgen / Baroni in Geretshoffen / Reve-
rendissimi & Serenissimi Domini Archiepiscopi Colo-
niensis Consiliario intimo.

Dn. JOHANNI MICHAELI Heins / U. J. D. diversorum
Principum ac Procerum Imperij Consiliario merito.

Dn. N. à BILDERBECK, Unitarum Belgij provinciarum
Ambassatori & Causas Agenti, residenti Colonia.

Dn. HERMANNO HERMES, J. U. Licentiato, Profes-
sori Publico, & Dictatori Academiae Coloniensis celeberrimo.

Dn. JOHANNI CASPARO Mühlbergern / Consuli Civi-
tatis patriæ emerito.

Dn. JOST de Schmitts / mercatori primario Colonia.

*Dominis suis Mecanatibus, Patronis, Fautoribus, Promotoribus,
Præceptoribus, Affinibus, Amicis in æternum honorandis.*

Hoc exercitium Academicum

D. D. D.

Georgius Schwärkerde/
Sebusiensis.



Disputatio XI. Ad lib. 3. Tit. 3.

DE PROCURATORIBVS.

Respondente

GEORGIO Schwarzerde / Sebusiensis.

Quaestio I.



N recte se habeat Continuatio Wesembeciana: quod in superioribus titulis dictū sit de iis qui postulare nō possint; in h. tit. videndum sit de his qui pro aliis recte postulant? Plura hic objici possent: in primis autem illud quod I. aliud sit postulare aliud procurare uti docet ipse *Auth. sup. de postul. n. 2. & h. t. n. 2. & in paratit. C. de advoc. 2.* ut ad eod male sub eodem genere concludantur. Id quod serio notasse in Authore Bachovium deprehendimus, in animadversionibus nuperè allatis; præterea & illud quis animadverterit: quod II. gratis queratur oppositio in verbis *pro aliis*, siquidem & advocati pro aliis postulant, ut scribit ipse *Wesembec. in Oeconom. ff. h. t. ibi. quisq; postulare in iudicio potest tam suo quam alieno nomine.* Quam ob causam. III. & ipse *Aut. in π. C. h. t.* aliam continuationem proponit: *ibi, postquam de advocatis & infamia, qua huic obstat, expositum est, sequēs fuit dicere de procuratoribus; partim quia infamia huic muneri privato non aequè est impedimento, partim quia proximū est advocato procuratoris officium.* IV. Quia Icti in h. t. non tantum agunt de procuratore ad lites constituto: sed & de procuratore ad negotia ordinato; *Giph. in Comm. ad h. t. n. 4.* Accedit iudicium aliorum Authorum, qui Justiniani methodum taxantes longe diverso loco de procuratoribus egerunt. Ita enim *Althuf. 2. l. R. c. 2.* postquam jus primum (quod in acquirendo & amittendo posuerat) explicuisset, subjicit jus ortum, quod ipsi est iudicium, cuius partes constituit Personas & quaestiones. In personis & quidem accessoriis, atque adeo postremo loco collocat

V 2

procu-

procuratores. *Add. eund. in Dicaologia lib. 3. c. 1. & seqq. & in epit. dicaolog. p. 64.* Eodē ferē loco materiā hāc pertractat. *Boc. Cl. 6. D. 6. Vult. 2. I. R. 30. n. 13.* ¶ His tamen non obstantibus potest etiam Justiniani methodus & Wesembecii ratio facile defendi: si meminerimus Pandectas ad ordinem judiciorum fere esse compositas. *Cujac. in c. C. de inoff testam. Wes. in c. de jurei. n. 1.* Atque de procuratorum persona in judiciorum cōstitutione inter primas quæstionem incidere, *ut præter alleg. ab. Auth. l. 24. C. h. t. probat. l. 13. C. eod. l. 8. §. 2. l. 57. §. 1. h. t.* Quamobrē vel maxime culpāda est Althusii digestio, qui *Pet Greg. 49. Syntag. 4.* haud dubiē secutus demum *5. capit. lib. 3. dicaolog.* adeoque tum demum de procuratoribus agit cū antea omnem judiciorum ordinem exposuisset. Fateatur enim ipse *Greg 47. Syntag 8. n. 3.* in primis in personas judicii inquirendum esse; cum post litem contestatā, ne dum peractam, serō nimis de incapacitate personarum quæstio proponatur. & ab initio statim providendum sit ne sine delectu apud prætorem postuletur. *l. 1. pr. de postul.* Itaque Don quamvis Justinianæ methodo parum æquus. *Vid. 1. Comm. 1. de personis tamen Judicij etiam in ingressu judiciorum sibi agendum putavit. 17. Comm. 3.* ¶ Etsi vero altera Wesemb. ratio in Cod. non contemnenda est: tamen quia materia infamiæ hīc incidenter tantum tractatur (unde in jure Can. plane omīssa est,) ideo rectius à principali & cōmuni quodā genere connexio deducitur: cujus declarandæ causā notandū est; postulationis vocabulū sumi *vel strictè & cum relatione ad ipsum Edictum de postulando. vid. l. 1. §. 2. h. t. l. 14. §. patroni. ibi ingrediuntur cum lis fuerit contestata. C. de jud. in quo significatu procurationem à postulatione differre ipse Aut. fatetur in c. h. n. 4. & in c. h. ibi proximum est advocato procuratoris officium: uterque alienam causam agit in judicio: advocatus postulando, hic instar domini curando: ille oratione, hic sollicitudine & sollicitatione: vel latius pro tali officio, cum quis amici nomine actionem sibi dari aut defensionem concedi postulat: quæ significatio procuratoribus ad litem cōmunicatur. in l. 33. §. 3. h. t. l. et si. 17. de O. N. N. l. 43. §. 3. ibi ut denegetur ei actio: postulavit ergo actionem sibi dari, de procur. l. actionem. §. C. de procur. Giph. loco inf. q. 6. alleg.* Imo hoc sensu procurator magis postulat quam advocatus. Nam advocatus non litigat, sed tantum opem fert litiganti, id est, patrocinator. *l. 22. & seq. h. ubi Pac. in method. Cod. c. 1. de quib. hic potissimum agi l. 1. §. 2. & l. seqq. passim docent.*

docent. ¶ Porro non Constituit Aut. differentiam in verbis pro
aliis; sed ea declarationis causa, velut epitheton procuratorum ad-
 jicit: nam postulandi vox usurpatur & absolutè cum quis pro se po-
 stulat, & relatè cum pro aliis, ut advocat^o: procurare autem in sen-
 tu juridico tantū cum relatione ad alios dicitur, quasi pro aliis ali-
 quid curare. *Wesemb. h. n. 2. pr.* Vbi injuriam facit Authori Bachovius,
 cum eidem imputat, quasi procuratorem proconsuli in eo compa-
 ret, quod is consulis mandato & nomine administrat. (Reclamat
 enim ipse in tit. *de off. procons.* ubi tradit proconsules à senatu cum
 summo h. e. consulari imperio præfectos fuisse.) Eū is tantū demon-
 strare cupiat vim præpositionis PRO, quod ea sit relativa & alium
 quendam respiciat. Nam & proconsul inde dictus est quod con-
 sulari potestate mittatur, ut pro Consule provinciam administret,
 quæ conceptissima verba, sunt *Wesemb. in d. loc.* id est, ut nomine Se-
 natus eadem potestate sit in provincia, qua Consul fungitur in
 urbe. *Wes. in π. C. de off. procons. & Legat.* Vnde olim dicebatur cum
 adjectione lit. E. Proconsule. Reliquæ rationes *Wesemb.* huic non
 opponendæ sunt, sed conjungendæ & subordinandæ, cum. C. I. A.
 h. θ. I.

Q. 2. An etiam ii procuratores dici possint, qui nego- N. 2.
 tia aliena in iudicium sine domini mandato deducūt? Ne-
 gat id *gl. in l. 35. h. t. in verbo procurator.* in quam sententiam, lo-
 quitur etiā Author h. dum specificam differentiam procuratoris à
 Negotiorum Gestore in eo collocat. *Consentit Giph. ad d. l. 33. h. t. per*
l. 3. § sed etsi 3. jud. solv. ¶ Alij procuratoris verbum ambiguum esse
 ajunt, ita ut huic quoque gestori conveniat. *Richter Disp. 12. de con-*
tractib. θ. 1. lit. G. per l. 24. de N. G. l. 13. §. si quis 12. de petit. hered. l. si quis
offerenti. § 8. de solut. l. si sine. 22. §. quod si. 1. Rat. rem. hab. ¶ Alij hos
 improprie procuratores dici cōtendunt, licet enim in *l. 35. h.* quædā
 personæ admittantur sine mandato, id tamē eos non facere veros
 procuratores *l. 3. §. sed etsi forte. 3. Jud. solv. Pac. in method. Cod. de pro-*
cur. c. 1. ¶ Econtrario *Ummius Disp. 3. de process. θ. 1. n. 2.* nō impro-
 prie istos quoq; procuratores dici putat, qui actoris jus interdū sine
 mādato in jus deducunt, veluti si cōjunctus pro conjuncto agat.
 Atque ita etiam *D. D. Locam. D. 12. Enant. θ. 7. in d. l. 35.* vocabulo pro-
 curatoris, negotiorū gestorem innui dicit. Eoq; respicit Germanicū
 vocabulum *Sachwalter*/ quo etiam in designando procuratore, uti
 solent,

solent: quæ tamen vox nil aliud sonat, quam eum qui aliena negotia gerit. ¶ Et videtur Ummius d. lo. aliquam distinctionem suggerere in voce *non improprie*. Nam ut contra Gilkenium recte disputat Valent. Wilhelmus Forsterus, 2 Obs. 18. arg. l. 1. de suis & leg. hered. differunt hæc omnino etiam apud Ictos *τὸ proprie* i. e. quod secundum naturam rei dicitur & quo significantius nihil dici potest. *Improprie* i. e. quod proprietati dictionis illius cui attribuitur contrarium est. Et *non improprie* cum res similitudinem aliquam & vicinitatem cum propria habet. Quint. 1. Inst. Orat. c. 5. Adde Cujac. in parat. C. si cert. pet. ubi verba quædam (E. G. creditum) sumi notat (1) κοινῶς, (2) ἰδίως, (3) ἰδιαιτάτως. & in parat. C. de legit. tutel. ibi: legitima proprie est legitima, testamentaria non improprie & c. Hortens. in comment. ad l. 72. de contrah. emt. p. 14. ibi: potest aliquid magis proprie dici, & tamen aliquid, idem cum illo, dici, non improprie. Reink. lib. 1. de Regim. sec. clas. 3. cap. 11. n. 23. in simili. l. 1. §. 3. ibi. non autem velle debet dominus sed non nolle. de tribut. act. Wes. inf. quod met. caus. n. 2. ¶ Ut adeo proprie & ex usu juris hæc omnia differant, procurator Ein Anwaldt oder Gewalthaber/ Bevollmächtigter/ quæ vocæ ideo Græci quoq; retinent. Theoph. tit. 1. de iis per quos. ag. poss. προνεπάτης & Negotiorum Gestor ἰστοκνήτης Ein Sachwalter oder Handeler: Ita enim hanc vocem vertit Goblerus. ad. §. 1. I. de obl. quæ q. ex contr. nasc. nã procurator proprie dictus est, qui aliena negotia mandati domini administrat. l. 1. b. t. Dann es soll niemand von eines andern wegen gerichtlichen zu handeln verstatet werden/ er habe dann dessen genugsamen gewalt/ Churfürstl. S. Process. Ordnung sub tit. 7. & in Camera etiam ordinarii Procuratores qui sine mandato egerunt arbitrariè puniuntur. Visit. Absch. de Anno 1560. §. 3. Als denn auch proc. mem. 75. §. 3. Und nach dem. Form. sentent. vñnd ferner in der Gemein: daß sich procuratores in allen sachen/hinfiro ohn Gewalt/bey vermendung der pœn in der Ordnung begriffen/einzulassen enthalten sollen. Barth. part. 1. Anno 1523. pag. 632. C. & Anno 1128 pag. 987. F. vñnd ist darneben gegen D. C. M. vñnd D. H. vmb daß sie sich in der sachen ohne gewalt bishero eingelassen vñnd gehandelt haben die straff vorbehalten. In specie autem dictæ l. 35. ob peculiarem rationem, non improprie dicuntur, procuratores conjunctæ personæ etiam si sine mandato experiantur, de qua speciali ratione inf. videbimus. ad n. 7. vers. præsumptione. Conf. quæ nuper notata sunt ad th. 3. C. A. de Instit. act.

§. 3. Quomodo ex l. 6. §. 1. de N. G. probeatur nuncium
 hoc à procuratore differre, quod tantum velut instru- ^{N. 2. Serf.}
 mentū domini interveniat? Præter Authorem enunciatur hoc ^{quia nunc-}
 ex eadem lege firmat *Rosbach. in prax. Civ. tit. 19. n. 35.* cum scribit:
 nuncius est nudus minister, penes quem sola factū exequendi fa-
 cultas est & qui in ipso negotio non secus atque instrumentum
 intervenit l. 1. C. per quas person. d. l. 6. §. 1. Quanquam autem sen-
 tentia per se à vero aliena non sit, non tamen videtur d. l. 6. §. 1. pro-
 bari, quæ diserte de procuratore loquitur. Quod si quis dicat præ-
 dicatum non convenire procuratori, adeoque per procuratorem
 intelligendum esse nuncium: Respondet *Salyc. ad l. 7. C. quod cum,*
eo. excipiendū casum mutui, ut ex hac causa procurator non ob-
ligetur sed dominus; Sicut *Cujac. ipse cum aliis Dd. in d. l. 1. C. per*
quas person. singulare id in possessione esse ait, quod ea per procu-
ratorem acquiratur, nullatenus ergo nuncius ibi erit intelligendus
sed verus procurator. Nam ut *Cujac. ibidem subjicit, differen-*
tia magna est inter procuratorem & nuncium. Procurator contrahit;
nuncius nil cōtrahit sed nūciat nos alteri pacisci. ¶ Nihilominus pro-
 babilior videtur cōmunis ad d. l. 6. §. 1. interpretatio, procuratorem
 ibi accipi in significato latiori, pro eo quivice nuncij subjicit. *gl. ad d.*
l. 6. §. 1. in verb. quia ex abundantia. vers. ut plane & qui nil nisi mini-
sterium præstat. Ant Fab. in rationalib. ad d. §. 1. id quod elegantibus
argumentis confirmat Bach. quia qui in d. §. 1. pecuniam dedit,
animo gerendi negotia mandantis id fecit, adeoque nullo pror-
sus modo personam procuratoris spectavit: qui autem ex sua perso-
na nihil agit, non potest proprie dici procurator fac. quod ex hoc
nō detur actio mandati, sed negotiorū gestorū negotio: Procurator
enim quæ agit & loquitur in suam personam solet concipere, nuncius
vero velut organum & viva vox mittentis, ipsa verba in per-
sonam domini concipit vid. Giph. ad l. 1. h. n. 25. Usus ergo
est A. his locis (quod Bachovium præterisse miror) non tam diffe-
rētiam nomine, quam effectus rei ostentandæ causa, ut is qui nudum
ministerium præstat, & ex obligatione nullatenus afficitur, nun-
cij potius instar quam procuratoris habeatur: vel etiam ad Dd. po-
tius notata, quam verba textus respexit. In quib. Br. ad d. l. 6. §. 1. n. 4.
scribit nuncium esse tanquam picam & organum proferens
verba in personam domini, quem locum etiam laudat Pac. in Meth.
h. c. l.

h. c. 1. eaq; phrasin hauserūt ex. gl. in l. 15. de Const. pec. Alias poterat A. in hanc sententiam clariores textus adducere veluti. l. 14. §. ult. junct. l. 15. ibi: quia ministerium tantummodo hoc casu, prestare videtur (subaudi nuncius) de const. pec. omnino vid. C. I. A. θ. 5. n. 3. l. 2. pr. de pact. ubi cum epistola comparatur: de re ipsa uberius inf. dicitur ad n. 8. vers. sed. an sine cessione.

N. 3.

Q. 4. An procurator generalis, sive mandatum generale habens, recte distinguatur in eum qui cum libera (sc: agendi potestate) & qui sine libera constitutus est? Incidenter de hac quaestione d. est sup. Disp. 8. q. 2. v itaq; ulterior tamen disquisitio proprio huic loco est reservata. Quemadmod. v. ibi mentē Wesemb. declaravimus: ita etiam nū putamus A. hoc sentire & velle, nempe Universalē procuratorem ei subdistingui in generalem simplicem & generalem cum libera. Et hunc quidem esse, in cujus mādato posita & expressa sit ista clausula CUM LIBERA vel verba æquipollentia Barschamp. de claus. n. 14 ubi de ejusmodi æquipollentib. disputat. Longè autem majore hunc quam illum potestate pollere, veluti in transigendo (atque ita conciliant. l. 17. de jurejur. l. 12. de pact. cū adversaria l. 60. de procur.) & alienādo (quomodo conciliant l. 63. de procur. cum l. 9. § 4 de a. r. d.) eamque distinctionem tuentur etiā (quod mirēre) Ant. Fab. ad l. 63. h. t. Goed. d. 8. th. 3. Hottom. ad §. nihil autē interest. vers. qua ratione. I. d. rer. divis. nec eā taxat Ant. Matth. in D. pecul. quam de divisionib. & distinctionib. inter pp. confictis conscripsit. Bach. in not. ad h. locū nō recte mentē advertit, quando A. incōstantiæ arguit, quasi hos procuratores ab initio confuderit, postea illico distinxit: Ita enim construenda est phrasis: Universalis nonnunquam appellatur generalis (subaudi simpliciter) nonnunquā procurator cū libera. ¶ Cæterum huic intentioni præter allegatos d. q. 2. repugnat Cujac. in recit. ad l. 4. C. de R. C. cum, ita scribit: quid est generale mandatum in d. l. 60. R. est libera universorum operum domini seu bonorum, seu negotiorum, seu rerum administratio & procuratio. Id indicant duæ leges præcedentes, quib. l. 60. applicatur (in qua pro decidendi legit deminuēdi. ut in l. Titius 46. §. ult. de admin. tut.) Ineptam enim fore locutionem hanc. Transactionem transigendi causa facere; hunc vero sensum istarum trium legum esse. Vt qui generale mandatū habet, ea quidē facere possit, quæ cōtinentur. l. 58.

§ 59. h. (Imo plura quoq; quæ ibid. non expressa, connotat in *Comm.*
ad lib. 71. Edict. Paul. p. 902. & 903. add. C. I. A. h. 0. 41.) At transigere
 deminuendi causa non possit: quam lectionem etiam probat *Ant.*
Fab. in ration. ad d. l. 60. His addere licet quæ exquisitè contra prio-
 rem illam distinctionem disputat, *Dn. Mejerus in C. I. A. h. t. 0. 7. &*
seqq. ¶ Vicissim autem hanc *Cujac.* interpretationem improbat
Bach. ad Tr. 1. 7. 7. C. 1. 27. §. B. nec tamen in distinctione vulgari
 acquiescit: cum illi etiam procuratori, qui simpliciter dicitur *to-*
torum bonorum jus paciscendi vel cum dispendio domini detur
l. 10. §. ult. cum seqq. de pact. & jus deferendi juramentum l. 17. §. ult.
de jurejur. quos textus ad procuratorem cum libera referre merum
 postulatum sit. Ipse ergo ad præmissos textus respondet: quædam
 mandato generali expresse & per se contineri, quædam tacitè & in
 subsidiū. ¶ Atqui hoc ipsum vult *Cujac.* vel maxime, in loco à *Tr. &*
Bach. male intellecto, *notar. poster. ad tit. n. fin. l. de R. D.* cum docet, il-
 lum cui libera administratio concessa est; ideo non statim con-
 cessam habere liberam alienandi facultatem, pro libitu & arbitrio:
 sed tum demum alienare posse, si id exigat negot. administran-
 dorum ratio: non donandi non diminuendi causa. Quæ pene ipsa
 verba sunt *Bach. in Cõm. l. ad. §. l. d. R. D.* ¶ Quibus simul consideratis
 concludimus de jure Civ. nullam in verbis istis constitui diffe-
 rentiam. (non enim ullibi in Jure Civ. exprimitur hæc partitio.
Giphan. ad l. 1. §. 1. n. 16. h.) nec alterū altero plus potuisse (quoniã vox
Libera non extensivè sed intensivè accipièda est *pro licite*: ante cõ-
 cessã n. administrationem illis nihil liberū erat aut licitum. *Giphan.*
d. lo. n. 19. in fi.) h. e. neutrū potuisse, aut certū jus remittere, aut jussu-
 randum periculosè deferre, (quãdoquidè hæc interpretatio recipi
 non potest, ut vel liberam administrationem conferens, suum ja-
 ctare voluisse præsumatur:) sed tū demum procuratori generali id
 fas esse, si evidens utilitas transactionē, aut suprema necessitas de-
 lationem juramēti suaserit. *confer C. I. A. d. 0. 7.* ¶ Tametsi v. hoc ipsū
 de Jur. Civ. tantum concedant recentiores. *C. I. A. th. 7. h.* Jure autē
 Can. distinctionē præmiss, canonisatam esse largiantur, per *c. 4. de*
procur. in 6. Conabimur tamen contra plerosque omnes defende-
 re, nec isto quidem jure distinctionem in ejusmodi terminis & vo-
 cabulis rectè quæri, sed ex toto instrumēti tenore, *per text.* qui ad
 hoc à nemine est observatus *in c. petitio. 9. vers. nos igitur extr. de pro-*
cura. qui sane sententiam *l. 60. §. 4. Mand.* exprimit. Nec aliud

requirit d. c. 4. Longe enim alia est sententia Bonif. dist. inter formulam simpliciter generalem, & eam quae speciales quosdam casus exprimit, & postmodum generalem clausulam subiectam habet. Priori formula non vult ea contineri quae speciale mandatum exigunt: posteriore contineri non tantum ea quae in specie expressa sunt; sed & similia propter clausulam sequentem generalem. Quid autem haec ad formulam *cum libera*? Et utuntur textus illius dispositione Dd. ipsi longe aliter, v. c. in materia renunciationis; generale n. nihil operari in his dicunt, in quibus specialis requiritur: operari autem si generali praemissa aut adjuncta sit (specialis, *Berlich. 2. conclus. 22. n. 20. Carpz. 2. 17. 2. & 3.* quamvis ex inadvertentia textus ille fulciendae Constitutioni Electorali vulgo non adhibeatur, *conf. l. 27. §. 16. vers. sed non esse novum. ad L Aquil.*

Ad eund.
n. 3. vers.
rursus.

Q. 5. An recte dictum sit ab A. h. n. 3. procuratorem in rem suam esse, cui dominus vendidit aut quoquo modo actiones cessit? Acriter hic objurgat Authorem Bach quod statuerit sola venditione actionum constitui procuratorem in rem suam: cum tamen necessario insuper requiratur, ut actiones mandentur *l. 1. C. de O. & A. l. ult. de transact.* uti idem latius explicat *D. 4. de act. th. 3.* (ille h. citat *th. 4.*) pag. 123. ubi ostendit duplicem causam in constituendo isto procuratore requiri .i. remotam, id est, iustum titulum: 2. propinquam, i. e. quasi traditionem, quam in cessione & mandato collocat. Unde non minus reprehendit A. quod in seqq. verbis proponat: procuratorem in rem suam fieri si quoquo modo eidem actiones cedantur; qua tamen re non distinguatur procurator simplex à procuratore in rem suam; cum imo uterque cessione & mandato opus habeat. ¶ Sed facile à crimine absolvetur A. si ostenderimus leges ipsas iisdem cum A. phrasibus uti. Ita enim loquitur *Jctus in l. 34. h. t.* (emptor hereditatis in rem suam procuratorio nomine agit: Ecce emptoris solius, nec mandati aut cessionis fit mentio.) *ita in l. 67. §. 2. de condict. indeb.* Mævius emptione bonorum in rem suam procurator fieri dicitur. *In l. 6. C. de O. & A.* in solutum datione nominis, quae loquendi ratio post Constitutionem D. Pij tanto rectius procedit, quod hinc etiã sine cessione actiones in emptorem trãseant. *l. 16. de pact. l. 1. §. et si forte. 13. de tut. & rat. distr.* Ideoque & ex sola nominum in dotem datione maritus in rem suam procurator factus dicitur

citur in l. 2. C. de O. & A. Quis autem inde concluderet Jctos ignorasse ex sola nominis emptione dominium rerum obligatarum, ad emptorem non transire; sed vel in rem suam procuratorem in super faciendum (cessis vel mandatis actionibus) vel utilem ei persecutionem tribuendam, quod conceptis verbis docetur in text. (quæ Bach. non allegavit, cum omnium sit clarissimus.) l. 8. C. de hered. vel. act. vend. Vice versa ll. multoties tituli mentionem nullam faciunt, sed solius mandati aut cessionis l. 13. §. 1. de pact. l. 8. §. 2. Quib. mod. pign. vel hypoth. Quis autem ex sola cessione rem definiri hinc colligat prudens. Nimirum solent Jcti sæpe celeritatis conjungendarum & absolvendarum sententiarum causa alterutram occultare, nec tamen excludere v. C. l. A. de Reb. cred. th. 17. Itaq; & venditione hic ponēs. W. cessionem includit: dū cessionē memorat, titulū præsupponit. Quod ed. facilius excusari potest, quādo quidem A non species, sed exempla procuratoris in rem suam, subjicit: Cum enim procuratorem in rem suam ita definiisset, quod sit ille procurator, qui alienum negotium (ecce titulum) mandatu domini, (ecce causam) gerit, ad suum emolumentum, fac. l. 1. §. 11. quand. app. Jam exempla subjicit ejus, cui vel ex Vendito vel alio quoquo modo (intellige donatum, legatū, in solutum aut dotem datum,) actiones cessæ sunt. Unde patet Bachovium fallaciam Compositionis & divisionis etiam admittere, qui conjungenda non tantum disjungit, sed etiam opponit injuria, & contra A. mentem.

Q. 6. An procurator recte distinguatur in verum & falsum? Tradunt hanc dist. præter A. Dd. & in primis pragmatici plurimi, Chilian, Goldstein in processu. c. 14. p. 127. Frid. Hiltrop. pro tribun. modern. for. tit. 20. n. 26. ubi eadem verba Auctoris habet, licet eundem haud laudet. Alij eam omittunt, ut C. A. Treutl. Vmm. de process. At Bachovius in not. noviss. ad h. locum plane ineptam vocat, maxime cum & ea species procuratoris ab A. includatur, qui nullum plane mandatum habet. Et qui enim hic posset omnino esse procurator, de cujus essentia est mādatum, inquit Bachovius. § Enimvero quia leges toties mentionem falsi procuratoris faciunt, uti ultra text. hic ab A. citatos, apparet ex. l. 12. de solut. l. 1. §. quoties, de vi & vi arm. l. 3. §. ult. l. 12. rat. rem hab. l. 1. §. ult. quod iuss. Cumque Jctus non dubitet verū procuratorem contra

Ad eund.
n. 3. Vers.
ultimo
quidam

distinguere procuratori non vero. d. l. 1. §. ult. & l. 56. de Iud. Quia etiam singularis est exceptio falsi procuratoris. l. licet. 24. C. h. t. Chilian. König. d. loc. Ideo putam⁹ rectissime A. ejus rei mentionē fecisse, dummodo notetur eum non divisisse procuratorem tanquam genus in speciem, sed tanquam vocem homonymam distinxisse in sua significata. Quamobrem satis circumspectè hunc in modum loquitur; *Falsus rursū procurator multis mod. dicitur*. Sane illud prætereundum non est potissimā speciem falsi procuratoris omissam esse nempe ejus. *Der eine Vollmacht vorlegt / die mit einem falschen Stigill oder Pittschafft versehen ist. de qua in l. falsus procurator 19. C. Q. de fart. l. 43. §. falsus procurator. i. ff. eod. An etiam in l. 8. C. de condict. indeb. dictum est in rationalib. ibid.*

Ad n. 4. pr.

Q. 7. An Judex petentib. litigatorib. procuratores constituere teneatur? Ita constituenda est hæc quæstio, ne cū altera illa confundatur, an nempe ad procurationis officium quis cogi possit, de qua A. *infr. agit. n. 4. post. med.* Et de advocatis quidem certo jure hoc cautum est, magistratum petentib. eos constituere debere l. 1. §. 4. de postul. maximè autem fœminis, pupillis, & miserabilib. personis alijs. De procuratorib. autem id nullibi dicitur, nec gl. aut Dd. ad d. l. 1. §. 1. de post. id asserunt; uti quidè post Wes. exceptis nōnullis recentiorib. ipsis imputat. Gothofr. *in Diss. de postuland. 9. 25.* Daniel. Venat. *in Analys. Iur. pontif. lib. 1. tit. 38. pag. 169. quæst. quæ est causa efficiens? R. Jussus judicis & ratificatio domini.* ¶ Jure Civ. ergo verius est Magistratum hic partes suas non interposuisse, nec invitos coegisse arg. l. 8. §. invitus. 1. de procur. l. 2. pr. eod. l. invitus. 17. C. eod. Vigel. *in method. l. C. lib. 2. c. 5. quæst. 4. except. 19.* Recte autem Wesemb. taxat eos quicumque à l. 1. §. 1. de postul. inferunt ad procuratores. ¶ Nec merebatur animadversionem Bachovij, qui hoc pacto contra Authorem subsumit; Superius actum est de postulando. uti h. num. scribit Wes. *At idem in pr. h. t. ait in præsentit. tit. etiam tractari de his qui pro alijs postulare possunt.* E. prædicata superioris tituli pertinent etiam ad procuratores. R. Ad minorem enim ex disputatis ad q. 1. vel pueri responsionem expalpaverint. Sane hodie (ut de propos. dicamus) cum tractandis in foro negotiis non tantum ordinarij constituti sint procuratores, sed & alii tribunalia frequentent, qui se peragendis aliorum vicibus totos addixerunt, non tantum illos, quod

(quod cum communi Bachovius admittit;) sed etiam istos ad munus procurationis suscipiendæ cogi posse arbitror. *vid. Diss. Wes. 9. q. 3.* cum iniquum non sit, onus aliquod in ipsos hinc redundare, unde commoda percipiunt *l. 1. §. ult. de aq. & aq. pluvi. arcend. Escobar. de ratiocin. c. 42. n. 12. & Comput. 2. n. 14.* & cum placuerit quemvis civem ad officia cogi posse. *arg. l. munus. 214. de V. S. Vivius. 1. decis. 144.* Et studiosi juris soleant vel expressa professione vel tacita actuum frequentia, huic vitæ generi se addicere; non agrè ferre possunt, si & unius vel alterius causæ procuratio ipsis injungatur. Weil sie profession davon machen. *arg. eorum quæ de professione monastica canones disputant. c. non dicatis. caus. 12. q. 1. Conf. Vigel. in M. I. R. controvers. lib. 2. c. 3. reg. 4. except. 14.* In primis autem vel invitis Magistratus procurationem injungit in casib. quando inferioribus, cum potentioribus, aut civibus, cum aliquo ex ordine decurionum res est. Licet enim probrosum valde sit potentioribus, si tam impotenter se gerant, ut omnes metuant adversus eos consistere, *d. l. 9. §. 5.* fit tamen id nihilominus plus sapius, inquit Mornac. *ad d. l. 9.* ut qui nummis ac auctoritate potentiores sunt, omnes causas obeundis idoneos infirmioribus præripiant. Unde solent ab inferioribus procuratores peti hac formula: (ut superiore anno in causa quadam ex inf. Sax. ad Facultatem delata, peti tum fuisse deprehendi:) Weil wider den Herren Burgenmeister als Ihre Obrigkeit die verordnete Gerichts procuratores zu dienen bedenkens tragen. Und er dessen aber einem jeden zu unparteyischen Rechten nichts desto weniger billich zu verhelffen / und in solchen fällen die notoria praxis bezeuget / daß die Obrigkeit ex officio die procuraturam zu vbernehmen / einem und dem andern auff zu legen pfleget; als wird gehöriges fleisses gebetten / ein Ehresamer Rath geruehe. N. N. dem Obergerichts procuratori ahnzubeschlehen und zu injungiren daß er in dieser sachen N. N. procurando tresolich bedient sein wolle Super qua ita decretum fuit: In Sachen N. wird Kläger N. N. hienit amts halben zum Anwalt verordnet. Ediver- so rudis & imperitus litigator recte cogitur per procuratorem experiri. *Wurms. 1. Obs. 5. n. 16.* ferè sub hac simili interlocutoria.

Q. 8. Quid hic titulus differat à titulo mandati? Cum Autor in hoc versiculo fateatur, constitutionem procura-

*Ad d. n. 4.
Vers. ac si
rem serè
putare vo-
lumus.*



toris in mandatū incidere, idque se verè ita habeat, non per quan-
dam improprietatem, uti sonant verba præcedentia, ibi quasi per
mandatum. Siquidem nullum aliud negotium inter dominum
& procuratorem constituitur, quam mandatum. Cujac. ad lib. 9.
Paul. ad edict. l. 43. h. t. C. I. A. h. th. 31. Theoph. ad §. 1. l. de his per quos, ag.
poss. ibi procurator sic constituitur, si cui mandem ut pro me litiget;
quemadmodum & in mandato diximus: ex interpret. Curtian.
dubitare quis porro queat, cur itaque tractatio fuerit separata,
cum procurator Jctis nostris nemo sit alius, quam is quem postea
Dd. mandatariū dixere. ¶ C. I. A. mandat. th. 4. post Accur. ad rubr. h. t.
hāc rationē affert: quod hic potissimum agatur de procuratore Ju-
diciali: in illo tit. de extrajudiciali sequitur R. Gregor. lib. 27 Syntagm.
c. 5. n. 7. ibi de procuratore ad negotia administranda agitur in tit.
mandati; de procuratore ad lites. h. t. Ad quam responsionem no-
tat Gifan. in lect. Altorff. ad h. tit. n. 4. concedi eam posse, si de ipso
Edicto loquamur (quod sane propositum sit, de lite seu actione al-
terius nomine postulanda.) At Pandectas ipsas, seu Jctos h. t. de
utroque procuratorum genere tractare, & illico subijcere tit. de
Neg. Gestis. qui negotiorū utriusq; potius sit quam litium. Ipse ergo
aliam rationem suggerit, quod nempe sub tit. mandati agatur de
mandatis singularum rerum, seu singularibus, v. c. ut mihi hoc vel
illud emas, pro me fidejubeas, quæ res expediri soleant per ami-
cos: Hoc autem titulo de his, qui multarum rerum mandatum
suscipiant. Quam rationem denuo inculcat in Comm. ad l. 1. §. 1. h. t.
n. 14. ibi. Cui unum aliquod negotium committitur proprie man-
datarius est, & de eo agitur. in tit. mandati: procurator autem
proprie is est, qui omnium est rerum, hac Gifan. ¶ Sed hanc
differentiam plura hujus tit. capita refutant, quibus procurato-
rem etiam unius rei propriè & ad hunc locum accommodatè di-
ci ostenditur & quidem statim in l. 1. §. 1. ubi explosa hac sententia
dicitur, verius esse eum quoque procuratorem esse qui ad unam
rem datus sit. h. t. l. 10. ibi: ad unam speciem constitutus. C. h. t.
idque requirit oppositio in l. 58. ibi. generaliter h. t. vicissim ea-
dem differentia negligitur in tit. mandati. uti apparet ex l. si vero.
12. §. contrario. 7. mand. nec vox mandatarij Jctis eo sensu usurpata.
vid. C. I. A. d. th. 4. ¶ Itaque satius est dicere, agi hic de procurato-
ris & quidem judicialis potissimum constitutione, l. 1. §. 2. l. 3. l. 8.
l. 12. l. 14. 15. & pass. h. t. maxime autem ex verbis Edicti. in d. l. 8. §. 3.

l. 33. §. 3. h. t. Infra autem de hujus constitutionis & obligationis effectu communiter & in genere, h. e. de actione quæ ex mandato qualicumque & cujuscunque rei oritur. *fac. alleg. à Wes. l. 42. §. 2. h. t. l. 6 §. 1. & l. 8. §. 4. mand. ubi Wes. n. 8. vers. ad effectum obligationis.* idque etiam *h. loc. velle videtur Wes. ibi: Hic contractus in mandatum incidit, ex eoque mandati producitur actio.* Neque insolens est in jure materiam aliquam disjunctis locis & separatim, unoque loco causam actionis, alio actionem ipsam exponi: ut apparet. *ex tit. de pignoratitia Actione, collata cum tit. de pignoribus. Ex tit. de contrah. empt. cōparato cum tit. de Act. Empt. adhib. §. ult. l. per quas person.* ¶ Quibus ita pertractatis, liquido iterū clarescit, nimis rigidam esse Bach, ad istum locum censuram, quod nulla hic ratio dubitandi occurrat, adeoque de his dubitare aut disputare non sit JCrī, quæ verba sunt Bachovij, p. 137.

COROLLARIA.

1.

An refectione rerum, sive partium singularum, mutetur Univesum: an vero maneat Idem? Cum dist. Affirmatur.

2.

An si filiusfam. heres institutus, hereditatem repudiet, pater ejus illius adire & substitutum excludere possit? Negatur.

3.

An incapax faciat partem? Negatur.

4.

An positus in Conditione, sit etiam in dispositione? Negatur.

5.

An filiusfam. habens bona pleno jure, de iis testari possit? Affirmatur.

6.

An incorporalia sint in dominio? Negatur.

7.

An testamentum ubi suus heres est præteritus valeat de jure prætorio? Affirmatur.



Ad Clarissimum Dominum Candidatum Ge-
orgium Schwartzerdum, Respondentem,
amicum & fratrem suum exopta-
tissimum.



*Cilicet ingenis aliqua est concordia junctis
Et servat studij fœdera quisq; sui:
Rusticus arva Colit; miles fera bella secutus
Cladē adamat: nūquā navita vitat aquas:
Bella togata geris, fugit ignorantia, dico
Te mox victorem Iuris in arte fore:
Dicere tunc potero si premia justa reportas
Quod metuant hostes te fugiantq; tui:
Ingenij sic dona probas selecta docesque
Dulcia Pierij pocla bibisse chori,
Ut decus immensum tribuet jus jure: Themista
Majore augebit juris honore caput:
Ecquis enim nescit quod nostra scientia juris
Cultores donet nobilitate suos:
Perge animo tali semperq; addictior esto,
Nobilibus medius sic potes ire viris.*

Festinate calamo scripsit

Fridericus Deckherr,
U. J. D.

ULB Halle
005 714 745

3



VD17





223
39
1642, 10

SELECTARUM JURIS QUAE- STIONUM

*Ad faciliorem Paratitlorum Wesebecii in-
tellectum directarum*

DISPUTATIO XI.

Ad lib. 3. Tit. 3. §§ priores:

DE PROCURATORIBVS

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi, Consultissimi, Excellentissimi

Dn. JOHANNIS OTTONIS TABORIS,
J. U. D. ejusdemque in Florentissima inclytæ Reipubl. Ar-
gentoratensis Universitate Cod. & Feud. PLACIT. P.P. Patroni,
Promotoris ac Præceptoris sui, omni observantiæ & Amo-
ris cultu prosequendi

GEORGIO Schwarzerdt / Sebusiensi

In auditorio Ictorum

Mensis Januarij

Die & horis antemeridianis

PROPOSITA.



ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS ANDREÆ,

M. DC. XLII.

